

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Caritas m
cum fonte primo

Caritatis et pietatis miracula amate
que tanto securiora sunt, quanto et occulta;
de quibus apud Deum eo maior fit retributio,
quo apud homines minor est gloria.

Ibidem (Gregorius in pastoralibus).

Nolite ergo, fratres carissimi, amare signa
quae possunt cum reprobis haberi communia;
sed haec quae modo diximus
caritatis atque pietatis miracula amate,
quae tanto securiora sunt, quanto et occulta,
et de quibus apud Dominum eo maior sit retributio,
quo apud homines minor est gloria.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 2.29.4
(CCSL 141, R. Étaix ed., p.249, ll.115-119).